www.e-rara.ch

# Divi Gregorii Nazanzeni Episcopi, theologi, Graeca quaedam & sancta Carmina

Gregorius

Basileae, [1567]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-1858

Divi Gregorii theologi, episcopi Nazanzeni, sententiarum spiritualium in iambis distichis libellus secundus

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

*Quum ſic auarus diceret: Sortis bonæ*
*Stillam uel antefero cado mentis bonæ:*
*Hunc doctus aduerſum inquit: At mentis bon.*
*Guttam profundo præfero ſortis bonæ.*

Duplex Dei negatio.
Matura pœnitentia.

πέρας λόγου, διστή τις ἄρνησις θεοῦ,
ἔργῳ, λόγῳ τε· μὴ κλαπῆς περισκόπει.
(ἀεὶ διώκει λαθραίοις παλαίσμασι)
μή πως δεηθῇς ἐσχάτων καθαρσίων.

*Finis libri, negatio duplex Dei:*
*Verbis & actis. ne ſupremis proſpice.*
*(Latente ſemper inſtat ille prælio.)*
*Opus tibi oppreſſo ſiet piaculis.*

DIVI GREGORII THEOLOGI, epiſcopi Nazanzeni, Sententiarum Spiritualium in Iambis Diſtichis Libellus ſecundus.

PRAEFATIVNCVLA.

*Ponè minor ſequitur paruū liber iſte libellū,*
*Qui gemino ſenſum carmine quemq; ligat.*

Principij boni finis bonus.

ἀρχῆς καλῆς κάλλιστον εἶναι καὶ τέλος.
ὀρθῶς δοκοῦσιν οἱ ὅροι τῶν πραγμάτων.

*Cœptis bonis finem bonum ſuccedere,*
*Negotiorum ritè monſtrat exitus.*

Princi-

### Principium ſimul & finis bonus uitæ eſt purificatio.

ἀρχὴ καλὸν τίκτουσα τοῖς βροτοῖς πέρας,
βίου κάθαρσις ἐνθέως ἀσκουμένη.

*Initium finem ferens homini bonum,*
*Diuina uitæ prorſus eſt luſtratio.*

### Contra magniloquentiam.

λόγοις πτερωθεὶς μὴ πτερῶν ἔξω πέτα·
πτερῶν γὰρ οὔτε πλεῖον ἵπταται δίχα.

*Altum petens uerbis, modum ut teneas uide·*
*Nam nec uolucris abſq; pennis euolat.*

### Contra abuſum ſcientiæ.

γνῶσις βροτοῖς μέγιστον ἐν βίῳ κλέος·
κακὸν δ' αὕτη τοῖς κακῶς κεχρημένοις.

*Eſt maximum uitæ decus ſcientia:*
*Sin ritè non utare, maximum malum.*

### Aduerſus inanem gloriam.

κενή σε δόξα μηδ' ὅλως συναρπάσῃ.
καὶ γὰρ πάνεργον τοῦτο τοῖς ἁπλουστέροις.

*Ne uana tranſuerſum ferat te gloria:*
*Subuertit illa namq; fraude ſimplices.*

### Curſus bonorum operum tenendus.

εὖ δρῶν φύλαττε σαυτὸν ἐν τούτῳ μένειν.
ταχὺς γάρ ἐστι πρὸς τὸ χεῖρον ὁ δρόμος.

*Bene faciens cœptum tenere pergito·*
*Eſt namq; curſus in malum procliuior.*

### Contra riſum, iram, uaniloquentiam.

γέλως κρατείσθω, καὶ θυμὸς λάβοι πέρας.
ἀργὸς δὲ παντάπασιν εἰργέσθω λόγος.

*Riſu abſtineto, finis iræ ſit celer:*
*Inane uerbum labra neſciant tua.*

### Deum time.

### Honora parentes, ſacerdotes, ſenes.

Θεὸν φοβοῦ πρώτιστα, καὶ γονεῖς τίμα·
ἱερεῖς ἐπαίνει, πρεσβύτας σεπτῶς ἔχε.

*Deum timeto, honorem habe parentibus:*
*Laudato myſtas, & uiros canos cole.*

### Liberi cum parentibus iure manum non conſerant.

υἱὸν δίκασμα πατρὶ μηδόλως λέγειν,
θεσμός θ' ὁρίζει, καὶ πρὸ θεσμῶν ἡ φύσις.

*Iure experiri cum parente filium.*
*Quum ſcripta, tum natiua lex uetat ſatis.*

### Quod tibi factum nolis, alteri ne feceris.

οἷα πρὸς ἄλλου μὴ παθεῖν ὅλως θέλεις,
τοιαῦτα καὶ σὺ μὴ δὲ δρᾶν ἄλλῳ θέλε.

*Ab altero quod ferre nolis, aut pati,*
*Id rurſus alteri uide ne feceris.*

### Iuſta in malos animaduerſio.

οὐ δεινὸν ὀργὴ, δεινὰ τοῖς εἰργασμένοις.
καὶ γὰρ δικάζει τοῖς ὁμοίοις ἡ δίκη.

*Eſt ira non grauis, patranti quidpiam*
*Grauius: pari par namq; iura puniunt.*

Lingua ſapientis.
Lingua ſtulti.

χείλη σοφὰ στάζουσιν ἡδίστους λόγους·
φάρυγξ δὲ πικρὸς ἐξερεύγεται μάχας.

*Sapientis ore ſuaue uerbum profluit:*
*Fauces amaræ nil niſi rixas ſonant.*

Oratio concinna.
Oratio inepta.

ῥεῖθρα γλυκασμοῦ γλῶσσα βλύζει στομύλη·
ῥήσεις δὲ φαύλας ἀκρίτων γεννᾷ στόμα.

*Nil dulcius linguæ diſertæ flumine:*
*Voces inanes os ineptum procreat.*

Fortunæ amici.

πτωχοὺς φίλους λάθωσι πλουσίων θύραι·
λαμπραὶ δὲ αὐλαὶ πλουσίοις ἀεὶ φίλαι.

*Potens amicum pauperem neſcit domus.*
*Amica ſemper diues aula diuiti.*

Temperantia.
Crapula.

ὕδωρ ποτὸν φέριστον ἀκεραιοῖ φρένας·
θολοῖ δὲ τὸν νοῦν συλλαβοῦσα κραιπάλη.

*Vim mentis acrem potus undæ temperat:*
*Obæſus illam uerò luxus obruit.*

In uino luxuria.

οὐκ οἶδεν οἶνος σωφρονίζειν τὴν φύσιν·
κινεῖ δὲ μᾶλλον ἡδονὰς παροξυνών.

*Quis uina credat noſſe continentiam?*
*Quæ ſumpta mollem concitant libidinem.*

## Pinguis uenter ſenſum acrem reijcit.

Νοῦν λεπτὸν ὄγκος ἐκδιώκει γαστέρος·
τἀναντία γὰρ τοῖς ἐναντίοις μάχη.

*Excludit aluus uaſtior mentem bonam:*
*Contrarijs nam pellitur contrarium.*

## Menſa frugi.

κρείσσων τροφὴ σύμμετρος ἀπορουμένη,
ἢ δεῖπνος ἁβρὸς, ὃν ἔπλασέ τις τ' ὄναρ.

*Paruo parata cœna frugi plus iuuet,*
*Quàm menſa lauta, quam ſtruas per ſomnii.*

## Stulti ſibijpſis uidentur diuites.

πλουτοῦσι μωροὶ τοῖς ὀνείρασι πλέον,
ἢ χρημάτων ἄβυσσον οἱ κεκτημένοι.

*Diteſcit amens ſomnijs prolixius,*
*Abyſſus auri quàm cui ſit maxima.*

## Orbitas ſtultis liberis præferenda.

κρείσσων ἄπαις, ἢ μωρὰ κύειν ἔκγονα.
ὁ μὲν γὰρ οἶος, οἱ δὲ πολλοὶ καὶ κακοί.

*Malo orbitatem, quàm pudendos liberos.*
*Ibi ſolus: hic cum pluribus ſim, ſed malis.*

## Paſtor nimium mulgens, elicit ſanguinem.

ποιμὴν ἀμέλγει καὶ τράγους, εἴπερ θέλει·
ἀντὶ γάλακτος δ' αἱμάτων πηγὰς ὕσει.

*Mulget uel hircos, ſi uelit, paſtor malus:*
*Sed elicit pro lacte ſanguinem merum.*

Contra turbatores ordinis.

ἡ σῦς ἐποπτεύουσα δειπνοποιΐαν,
οἶδε τραπέζης τοὺς ὅρους μὴ συγχέειν.
*Porcus ſibi cibum pararier uidens.*
*Seruare menſæ nouit ordinem ſuæ.*

Ordo ſeruandus.

βίαζε καὶ σὺ τοὺς ἀτάκτους, μὴ λύειν
τάξιν πρεπώδη, καὶ νόμοις ἡρμοσμένην.
*Tu diſſolutos coge, ut ordinem quoq;*
*Teneant decorum, & comprobatum legibus.*

Contra eoſdem.

ἡ πρὸς τὰ νεκρὰ τῶν χαμευνελφῶν μέλη,
τάξις τιμᾶται τῶν κυνῶν ἠθροισμένων.
*Pecoris humi iacentis ad putres dapes.*
*Canibus coactis ordo ſeruatur ſuus.*

Commune hominum ſepulcrum terra.

παντὶ βροτῷ θνήσκοντι πᾶσα γῆ τάφος.
πᾶν γὰρ τὸ ἐκ γῆς, γῆ τε, καὶ εἰς γῆν πάλιν.
*Homini ſepulcrum eſt terra quæuis mortuo:*
*Terra editus, terra ipſe, terra redditur.*

Legum obſeruatio timore caret.

νόμον φυλάττων, τοὺς φόβους ἔξω βάλῃς.
φόβων γὰρ ἔξω πᾶς ὁ τῶν νόμων φύλαξ.
*Seruando legem, omnem timorem abieceris:*
*Extra timorem nam tenens legem manet.*

Sapientia ærumnas uitat.

κύβερνος ἴδμων φεύξεται τρικυμίας.

καὶ

καὶ δεινὰ παύσαν τοὺς σοφὰς φέρων φρένας.
*Fluctus peritus effugit rector graues,*
*Sapiensq́; dura ſortis aduerſæ omnia.*

### In uia uirtutis perſiſtendum.

ζωῆς ἀρίστης μὴ φρόνει τἀναντία·
καὶ γὰρ πρόδηλος τῆς κακίας ἡ πλάνη.
*Vitæ caueto quod repugnat optimæ:*
*Nam pronus ad uitium error omnibus patet.*

### Prudentia non reformidat ærumnas.

μέγιστος ἄκμων οὐ πτοεῖται τοὺς ψόφους.
καὶ νοῦς ἐχέφρων πᾶσαν ἐκκρούει βλάβην.
*Grauibus nihil mouetur incus pulſibus:*
*Infracta caſus mens repellit noxios.*

### Timidi negociorum umbras metuunt.

φύλλων λαγωοὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ κτύποι·
ἄνδρας δ᾽ ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων.
*Folium ſono lepores ſtrepens ſuo, uiros*
*Effæminatos umbra rerum territat.*

### Pauper ditiori donans.

μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον·
ὡς τῷ λέγοντι, τοῦ τρέφειν λελησμένῳ.
*Odi potenti dona dantem pauperem:*
*Qui multa promittat, nihil præſtet tamen.*

### Orator bonus & malus.

ῥήτωρ πονηρὸς τοὺς νόμους λυμαίνεται·
ἁγνὸς δὲ ῥήτωρ εὔκρατος ἁρμοσία.
*Orator infert legibus damnum malus:*

*Bene adminiſtrat integer rempublicam.*

Deus pupillorum uindex.

Γελῶσιν οἱ πλουτοῦντες ὀρφανῶν ψόγους,
αὐτὴν γελῶσι τὴν θεοῦ τιμωρίαν.

*Ridendo diues orphanorum lacrymas,*
*Ipſius iram uindicis ridet Dei.*

Sententiæ magis quàm uerba legum ſpectanda.

νόμοις παραδραμεῖται πρὸς ὀλεθρίαν,
ὁ μὴ νόμου φύλαξιν ἐννόμως φέρων.

*Accerſit ingens legibus malum ſibi,*
*Qui ritè ſenſum legis obſeruat minus.*

Pauperes humilia cogitant.

πέφυκε τοῖς πένησι μὴ φρονεῖν μέγα·
τοῖς πλουσίοις γὰρ ἐστὶ φροντὶς τοῦ βίου.

*Sublimius nil cogitat uir indigens:*
*Non ipſe curæ uictus eſt potentibus.*

Etiam ſtulti quandoque admoniti ſapiunt.

παίδευε μωροὺς, ὡς ἐφικτὸν τῇ φύσει·
ἔξουσι γάρ που καὶ φρένας παρ᾽ ἐλπίδα.

*Doceto ſtultum, pro uirili, quod potes:*
*Spem præter omnem fors erit prudentior.*

Vis caſtigationis durioris.

πλήττων σίδηρος ἐκπυροῖ καὶ σὺν λίθους·
σκληρὰ δὲ μάστιξ παιδαγωγεῖ καρδίαν.

*Vis ſaxa ferri cogit ignem reddere;*
*Auſtera pectus corrigit coercio.*

## Iuſiurandum nec offerendum, nec accipiendum

ὅρκους κάκιστον διδόναι, καὶ λαμβάνειν·
ἴσως γὰρ ἀμφοῖν προσκέκρουκας τῇ δίκῃ.

*Siue ipſe iures, ſiue iuretur tibi,*
*Malum eſt: utroq; fors modo ius læſeris.*

## Theſaurus ſempiternus parandus.

ἐς αἰῶνα θησαύριζε τὸν ἔξω τέλους·
οὗτος γὰρ ἐκλέλοιπε καὶ πρὸ τοῦ τέλους.

*Opes parato, finis expertes tibi:*
*Nam quas recondis, & ante finem diffluunt.*

## Diuitiarum contemptus.

μὴ δὴ φίλει τὸν ὄλβον, ὃν λύει χρόνος.
ἃ γὰρ χρόνος δόμησε, καὶ λύσει χρόνος.

*Felicitatem non ames, quam fert dies:*
*Nam quod dies conſtruxit, id ſoluit dies.*

## Pudor fœminas decet.

αἰσχρὸν γυναίοις ἄρσεν ἦθος ἐκφέρειν.
ταῖς κοσμίαις γὰρ τάξις ἡ αἰδὼς ξένη.

*Mores uiriles indecori fœminis:*
*Quarum modeſtiam ornat in primis pudor.*

## Voluptas momentanea.

κάταντές ἐστιν ἡδονὴ τοῖς χρωμένοις·
καὶ ὡς πρόσεισιν, οἴχεται λίθου δίκην.

*Prompta eſt uoluptas omnibus fruentibus:*
*Sed ceu lapis, uelut aduenit, ſic mox abit.*

## Valetudo corporis.

οὐδεὶς ὑγείας πλοῦτος ἀλγοῦσι πλέον·

σοφῶς

σοφῶς τι ταύτην ἡ φύσις ἀεὶ θέλει.

*Nil ſanitate optatius dolentibus:*
*Sapienter hanc natura nunquam non petit.*

### Inaniloquentia.

ἦχοι θαλάσσης ἀνδρὸς ἄφρονος λόγοι.
βάλλουσιν ἀκτὰς, οὐ πιαίνουσι χλόας.

*Sonus maris ſunt uerba dementis uiri:*
*Qui uerberant littus quidem, ſed nil rigant.*

### Donis etiam ſapientes capiuntur.

πείθουσι δῶρα καὶ σοφοὺς παραβλέπειν·
βροτοῖς ἡ θήρα χρυσὸς, ὡς πλείοσι πάγη.

*Sapiens ut erret, ſæpe ſuadent munera:*
*Laqueo uolucris, at uir auro prenditur.*

### Spiritus triſtis exſiccat oſſa.

γῆρας λύπη τίκτουσι καὶ πρὸ τῶν χρόνων.
ἃ γὰρ τρόπος καθεῖλεν, οὐ στήσει χρόνος.

*Et ante tempus mœror efficit ſenes:*
*Mores quod abſtulère, non ſiſtit dies.*

### Miniſtræ uitiorum diuitiæ.

πλοῦτος τάχιστος τῶν κακῶν ὑπηρέτης·
καὶ γὰρ πρόχειρον εἰς κακουργίαν κράτος.

*Vitij miniſtræ ſunt opes celerrimæ,*
*Et prona prorſus ad malum potentia.*

### Nil amico fido conferendum.

οὐκ ἔστιν οὐδὲν βέλτιον κτῆμα φίλου·
πονηρὸν ἄνδρα μηδέ ποτε κτήσῃ φίλον.

*Non eſt amico certior poſſeſsio:*
*Amicus improbus tibi ne ſit, uide.*

### Ordinis uirtus.

τάξις τιμάσθω καὶ προηγείσθω κράτους.
κράτος γὰρ αὐτὴ, καὶ κράτους ἀεὶ φύλαξ.

*Vt ordinem fac præferas potentiæ:*
*Cuſtos potentiæ ordo habet potentiam.*

### Curæ cor & oſſa exedunt.

νοῦς ἐμμέριμνος σὴς βιβρώσκων ὀστέα·
θάλλει δὲ σῶμα φροντίδας παρατρέχον.

*Tinea eſt adedens oſſa pectus anxium:*
*Curis ſoluta mens adauget corpora.*

### In ſatietate eſt intemperantia.

οὐδεὶς κόρος πέφυκε σωφρόνως ἔχειν.
καὶ γὰρ τὸ πῦρ εἴωθε ταῖς ὕλαις θέειν.

*Tenere abundans neſcit ubertas modum:*
*Curſumq́; flamma per ſtruem tenet ſuam.*

### Vinum mentis deliquium affert.

οἶνος πάθους ἔγερσις ἐκλελοιπότος.
ὕλη γὰρ εἰσρέουσα ῥώννυσι φλόγα.

*Prolixa mentis uina defectum cient:*
*Nam & ignis affluente creſcit fomite.*

### Iudiciorum metus multos in officio continet.

φεύγουσιν ὀργὰς οἱ δίκας δεδοικότες·
θυμὸν γὰρ ἐξάπτουσι πολλάκις δίκαι.

*Iram fugit, ſi quis ueretur iudicem:*
*Accenditur nam ſæpe iudicijs furor.*

### Afflictio non addenda afflicto.

δεινὸν πόνοις κάμνοντι προσθεῖναι πόνους.

ἀλλ'

ἀλλ' οὖν πόνους ἔπαυσε πολλάκις πόνος.

*Durum eſt, malis preſſo mali quid addere:*
*Malum tamen plerunq; ſiſtitur malo.*

## Alijs metuentes, ipſi quandoque periclitantur.

ἄλλοι μὲν ἄλλων τοὺς πόνους δεδοικότες,
ἄλλοις ὁρῶνται κινδυνεύοντες πόνοις.

*Sæpe alteri caſu timens ab altero,*
*Ipſe altero premi uidebitur malo.*

## Ad ſempiternam gloriam aſpirandum.

δόξης ἀεὶ φρόντιζε τῆς αἰωνίου·
ἡ γὰρ παροῦσα ψεύδεται καθημέραν.

*Aeterna curæ cuilibet ſit gloria:*
*Præſens enim iſta quolibet fallit die.*

## Peſsimus conſiliarius ira.

οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται·
τὸ γὰρ μετ' ὀργῆς οὐδέπω βουλὴν ἔχει.

*Certi per iram conſiliî nil ceperis:*
*Quod namq; conſulit ira, conſultum eſt parum.*

## Fœminæ malæ.

δεινὸν δράκοντες, καὶ κακοῦργον ἀσπίδες·
διπλῆ γυναικὸς δεινότης ἐν θηρίοις·

*Mali dracones, ſunt malignæ & aſpides.*
*Duplex ferarum in fœminis malignitas.*

## Reſpice finem.

πείθουσι γυμνὰ τοὺς ὁρῶντας ὀστέα,
ὡς οὐδὲν ἡμῖν προσφυὲς τῶν ἐνθάδε.

*Nudæ exhibent ſpectantibus caluariæ,*

*Hic eſſe cuiquam proprium nihil rei.*

Mali corui, malum ouum.

εἰ λοξὰ δὴ βαίνουσι καρκίνων γόνοι,
πεῖραν λάβωσι μητρικῶν βαδισμάτων.

*Si calle cancri fœtus obliquo meat,*
*An non parentis ille prorepit uia?*

Eiuſdem ſententiæ.

δώσεις προδήλως ἐκβιάζων τὴν φύσιν,
καλοὺς μαθητὰς ἐκ κακῶν διδασκάλων.

*Natura uicta frena ſi ſuſceperit,*
*Erit magiſtri alumnus improbi bonus.*

Ornamenta uirtutis.

Commiſeratio pauperum.

κόσμει σεαυτὸν τοῖς καλοῖς τεκμηρίοις·
καὶ μὴ πένητος ὀρφανοῦ καταφρόνει.

*Pulcherrimis ſignis teipſum ornaueris:*
*Nec pauperem orbum ſpreueris ſuperbius.*

Benedictio Domini ditat.

θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος·
καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει κόπος.

*Deo benignè dante, nil liuor ualet:*
*Non dante uerò, nil labor uarius poteſt.*

Lex Rhadamanthina talionis.

τίκτεις ἔχιδνα, μὴ φοβοῦ τὰς ὠδίνας.
ἔχεις λαβοῦσα μητρικοῦ πεῖραν τόκου.

*Pariens dolores cur abhorres uipera?*
*Nixus parentis fac periculum tuæ.*

Strenuorum tantùm eſt gloria.

οὐδεὶς ἄριστος ἐκ προδήλου δειλίας·

νίκη

νίκῃ γὰρ εἰσπράττουσι τὰς εὐφημίας.

*Timore nemo clarus unquam prodijt:*
*Nam gloriam fortes ferunt uictoriæ.*

## Somnolentorum propria ſunt ſomnia.

ἀνὴρ ὑπνώδης εὑρέτης ὀνειράτων·
μύστης γὰρ ὕπνος φασμάτων, οὐ πραγμάτων.

*Somno uacans ſibi ipſe gignit ſomnia:*
*Rem ſomnus ipſam neſciens, ſpectrum uidet.*

## Vi rebelles cohibentur.

εἴωθε πείθειν μὴ θέλοντας ἡ βία·
ἄγχει γὰρ αὐτὴ καὶ γίγαντας πολλάκις.

*Apud rebelles uis habet Suadæ locum,*
*Manus & ipſis afferens gigantibus.*

## Belua multorum capitum uulgus.

δήμου σφαλέντος πᾶς ἀγύρτης ἄρχεται·
δῆμος ἐστὶ πάντη τῶν καλῶν ἀταξία.

*Vulgo furente ſæpe agyrtes imperat:*
*Rerum bonarum uulgus eſt confuſio.*

## Iuſtum & ocioſum opus.

Ἔργον, πάρεργον.

ἔργον πάρεργον οὐδαμῶς ἔργον λέγω·
τῶν γὰρ παρέργων καὶ καταφρονητέον.

*Opus ocioſum quis nam opus iuſtum uocet?*
*Quod quiſque prudens rectius contempſerit.*

## Munerum corruptela.

δωροδοκία.

χρυσοῦ λαλοῦντος ἅπας ἄπρακτος λόγος.
πείθειν γὰρ οἶδε, καὶ μὴ πέφυκε λέγειν.

*Auro loquente, nil poteſt oratio:*
*Perſuadet aurum namq́, ſit mutum licet.*

### Pax mundana.

ἔξεστι καὶ νῦν τὰ πρὸς εἰρήνην φέρειν,
οἱ πρὸς τὰ ῥευστὰ τοῦ βίου μεμηνότες.

*Et hic beata pace perfrui queunt,*
*Caduca qui mirantur iſta perditè.*

### Amicus. Inimicus.

φίλοι λαλοῦσι τοῖς φίλοις ἅπερ φίλα·
ἐχθροὶ δὲ φαυλίζουσιν αἰσχρῶς τοὺς φίλους.

*Amico amicus grata quæ nouit facit:*
*Inimicus eſt, lædens amicum turpiter.*

## GREGORII THEOLOGI NAzanzeni Epiſcopi, Sententiarum ſpiritualium in Diſtichis Elegiacis Libellus Tertius.

### PRAEFATIVNCVLA.

*PAuca quidẽ numero, ſed magno grandia ſenſu,*
*Paruus & hic affert Diſticha ſacra liber.*

### Expedita huius uitæ nauigatio.

γυμνὸς ὅλος βιότοιο τάμοις ἅλα, μηδὲ βαρεῖα
νηῦς ἐπὶ πόντον ἴοις αὐτίκα δυσμενίῃ.

*Nudus in hoc uitæ pelago decurre, grauata*
*Pondere ne peſſum nauis onuſta ruas.*

### Meditatio mortis leuem mortem efficit.

ὡς αἰεὶ κρυεροῖο παρεστεῶτος θανάτοιο
μνώεο, καὶ θανάτου ἥσσονος αὐτιάσεις.